"Et de Discipulis ac Scholaribus ad annum probationis eligendis, necnon admittendis in veros Socios ejusdem Collegii, fidele consilium, omni favore, affectione, pretio et commodo, postpositis, tribuam et impendam; ut de bonis personis, castis, modestis, honestis, aptis, et ad studendum et proficiendum habilibus et idoneis, ac etiam proficere volentibus, quantum in me fuerit, provideatur eidem.

"Item, interpretationibus, injunctionibus, declarationibus et expositionibus, per Reverendos in Christo Patres, successores Domini Fundatoris, Episcopos Wintonienses, super dubiis Statutorum emergentibus ad eosdem Episcopos delatis, necnon decretis eorundem, juxtra Statutum 'De Visitatione et Statutorum emendatione,' faciendis, obediam, et eis absque ulteriori disquisitione, disputatione, aut contradictione, etiamsi meæ opinioni adversentur, cum effectu parebo. Sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia."

Unusquisque etiam eodem tempore declarare teneatur se Ritibus et Sacramentis Ecclesiæ Anglicanæ uti velle.

"I will give my advice faithfully, without reference to favour, affection, or gain, in regard to the election and admission of Scholars, Probationers, and Fellows, so that the College may be furnished with good men, of pure morals, modest, upright, and qualified, able and willing to study profitably.

"I will obey the decisions and injunctions of the Visitor respecting doubtful points in the Statutes, and the decrees which the Visitor may make, according to the Statute entitled, 'Of Visitations, and the amending of Statutes.' So help me God."

Every one shall also at the same time declare that he is willing to conform to the rites and sacraments of the Church of England.

Cap. 14.—*De Discipulorum qualitate et electione.*

In præfatione Statutorum numerus viginti Discipulorum definitus est. Sint hi bonis moribus et bonâ indole perornati, in grammaticâ necnon artibus ingenuis eruditi. Sint præterea, in primâ ad discipulatum in Collegio admissione, non graduati, nec annum vicesimum completum excedentes. Super quibus omnibus et singulis, eligentium conscientias quantum possumus gravissime oneramus. Volumus quoque ut in Collegio in Discipulatu unusquisque eorum si velit permaneat, et convictu ac cæteris ei assignatis fruatur, quousque quintum a matriculatione suâ annum compleverit, dummodo moribus et scientiâ proficiat; sin minus, per Præsidentem et cæteros quibus id infra commisimus arceatur et puniatur, et, cum ipsa statuta id postulant et præcipiunt, etiam expellatur. Qui autem annum a matriculatione suâ quintum compleverit, eo ipso a Discipulatu recedat, nullum postea emolumentum a Collegio ut Discipulus ejusdem unquam recepturus. Horum autem Discipulorum nominationem et electionem volumus in sacello vel alio loco idoneo Collegii. quotiescunque aliquis eorum locus vacaverit, certâ quadam Hebdomadâ in quoque anno, illâ scilicet quæ Dominicam in Palmis proxime anteit, per Præsidentem et Socios, vel saltem per totidem ex iis quot tempore electionis hujusmodi in Universitate præsentes fuerint, celebrari, significatâ prius per Præsidentem vel eo absente Vicepræsidentem, et late publicatâ modis usitatis, loci vel locorum eorum vacatione, et die pro novi vel novorum Discipulorum elec.ione.

Quicunque se candidatos offerant examinentur in bonis literis et scientiis sicut Præsidenti et Sociis videbitur. Hæc sit autem electionis forma; conveniant, die assignato, in sacellum aut alium locum idoneum Collegii Præsidens ac alii Socii graduati, vel saltem totidem ex eis quot in Universitate tunc præsentes fuerint et Examinationi interfuerint; absentes autem suffragiis suis pro illâ vice careant; et ille pro electo habeatur quem major pars dictorum eligentium eligendum duxerit et præferendum; æqualibus suffragiis ille sit electus in quem Præsidens consenserit.

Sint etiam alii quatuor, quos Exhibitionarios vocandos decet, ex bene merentibus per eosdem assumpti, quibus potestas Discipulos eligendi conceditur: qui quidem quatuor pari statu et conditione intra Collegium fruentur, et paribus emolumentis donandi erunt, quibus ipsi Discipuli.

Chap. 14.—*Of the Qualifications and Election of the Scholars.*

In the Preface to the Statutes, the number of the Scholars has been defined at twenty. They ought to be of a good character and disposition, instructed in grammar and liberal studies. At their admission to the Scholarship they must not be Graduates, nor of more than 20 years of age. We lay the electors' consciences under a most serious obligation in respect of all these points. Every Scholar may retain his Scholarship, and enjoy every advantage assigned to him until he has completed the fifth year from his matriculation, provided he makes progress in morality and learning; but if he act otherwise, the President and the other Officers to whom discipline is intrusted below, must restrain and punish him, and proceed to expel him, when the Statutes require this to be done. But on completing their fifth year from matriculation, every Scholar must at once give up his Scholarship, and all claim to future emoluments from it. The election of Scholars must take place in the Chapel or other convenient place, in the week immediately preceding Palm Sunday. The electors are to be the President and so many of the Fellows as are then present in the University. Public notice of the number of vacancies and the day of election is to be given by the President, or, in his absence, the Vice-President. Candidates are to be examined in literature and science, according to the direction of the President and Fellows. On the day fixed for the election of President and all the graduate Fellows who are in Oxford, and have taken part in the examination, are to meet in the Chapel or other convenient place. No one who is not then present has a vote for that turn. That person is to be held elected for whom a majority of the electors declare themselves; or, in case of an equality of votes, the person for whom the President votes The same electors are also to choose four Exhibitioners, who must be deserving persons, and will enjoy the same position in College and the same emoluments as the Scholars.